

militibus atque Segedunum occupatum, ut iam *Brand* et *Hodgson* perspicerunt. Ceterum hic quoque milites legionum secundae et sextae muro extriendo operam navasse tituli docent (n. 487—491, 494); contra scutum legionarii legionis VIII (n. 495) sine dubio cum vexillatione eius legionis e Germania eo delatum est. De *Tynemouth* seorsum scripsit

Guil. Sydney Gibson (the history of the monastery founded at Tynemouth, in the diocese of Durham, to the honor of God under the invocation of the blessed virgin Mary and S. Oswin, king and martyr. Lond. 1846/7 2 voll. 4. cf. archaeol. journ. 3, 1846 p. 366 ss.) titulosque protulit aliunde iam notos.

486 In *Wallsend* rep., periit.

i o m

Horsley p. 208 *Northumb.* 6 (inde Warburton vallum p. 27, 6; Goughs Camden 3 p. 513; Bruce lapid. p. 14, 10) qui supplevit.

487 In *Wallsend* rep.; servabatur apud Ioh. *Reay*, postea periit.

LEG II AVG

Bruce wall p. 91, lapid. p. 12, 4.

488 *Cousinshouse*, in muro HORSL.; postea apud Horsleium, nunc in *Newcastle* in museo (sine numero).

CHO · I.
γ FLOK

Contuli. Horsley p. 207 *Northumb.* 1 cf. p. 208 et 343 (inde Warburton vallum p. 26, 1; Goughs Camden 3 p. 513; Hodgson 2, 3 p. 280); Newton p. 113, 63; Brand *Newcastle* 1 p. 604; Bruce wall p. 91, lapid. p. 13, 5.

2 γ FIARI Horsl. errore, quem correxit Brand.

489 *Cousinshouse*, in muro HORSL. Videtur perisse.

COH X
γ IVSTINI γ
SECUNDI

Horsley p. 208 *Northumb.* 3 (inde Warburton vallum p. 27, 3; Hodgson 2, 3 p. 280; Bruce lapid. p. 13, 8).

cohortis X o(centuria) Iustini, o(centuria) Secundi

490 *Cousinshouse*, in muro HORSL. Nunc *Newcastle* in museo.

COH · V
γ SIINTI
PRISCI

Contuli. Horsley p. 208 *Northumb.* 4 (Warburton vallum p. 27, 4; Goughs Camden 3 p. 513; Hodgson 2, 3 p. 280); Bruce lapid. p. 13, 6.

1 COH X Horsl., COLO Bruce; ego mihi visus sum v litterae reliquias agnoscere. 2 γ SIINSI Horsl., o SUNSI Bruce in tabula.

491 *Cousinshouse*, in muro HORSL. Videtur perisse.

COH II
γ VARI
CELERI

Horsley p. 208 *Northumb.* 2 (inde Warburton vallum p. 26, 2; Goughs Camden 3 p. 513; Hodgson 2, 3 p. 280).

492 *Cousinshouse*, in muro HORSL. Videtur perisse.

VIVVS
VIC
DSL

Horsley p. 208 *Northumb.* 5 (inde Warburton vallum p. 27, 5; Goughs Camden 3 p. 513; Bruce lapid. p. 14, 9).

Videtur fuisse militis alicuius legionis VI victoris.

493 *Tynemouth*, ara rep. a. 1783 in fundamentis aedificii alicuius ad ecclesiam prioratus pertinentis. *Major Dumford*, qui repperit, dedit societati antiquariorum Londiniensi, quae servat ibi in *Somersethouse*. Ara alta ped. 3 dig. 1, lata ped. 1 dig. 5, litteris bonis.

I · O · M		
cultor, prae-	AEL · RVFVS	patera
fericulum, bu-	PRAEF · COH	ansata
cranium, seces-	IIII · LINGO	inter
pita		angues
5	NVM ♀	duos

Contuli. M. Green *gent. mag.* 56, 1786 p. 825 tab. 2 fig. 2—4; Brand *Archaeologia* 8, 1787 p. 326 tab. 21 fig. 1 et *Newcastle* 2 p. 65 tab. n. 11; Goughs Camden 3 p. 514 tab. 32 fig. 14; Th. Hodgson *Archaeologia Aeliana* 1, 1822 p. 231 ss.; I. Hodgson *hist. of Northumberland* 2, 3 p. 169; W. S. Gibson *Tynemouth* 1 p. 9 (inde *archaeol. journ.* 3, 1846 p. 367); A. Way *catalogue* p. 7; Bruce wall p. 92, lapid. p. 10, 1 (Wright *the Celt* p. 258; *Annuaire de la soc. des antiq. de France* 1852 p. 161).

Lectio certa est.

494 Rep. in *Tynemouth* a. 1783 et servata Londinii in *Somersethouse* una cum praecedente; basis alta dig. 22, lata 21; litteris bonis.

||||||| I C R E V |||||
LYPVM CVM BASI
ET TEMPLVM
FECIT · C · IV |||||
5 MAXIMINVS |||||
LEG · VI VI |||||
EX · VOTO

Contuli. M. Green *gent. mag.* 56, 1786 p. 825 tab. 2 fig. 5; Brand *Archaeologia* 8, 1787 p. 327 tab. 21 fig. 4 (inde Newton p. 111, 51) et *Newcastle* 2 p. 65 cf. p. 595; Goughs Camden 3 p. 514 tab. 35 fig. 15; I. Hodgson *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 170; Th. Hodgson *Archaeologia Aeliana* 2, 1832 p. 297 et W. S. Gibson *Tynemouth* 1 p. 9 (inde *archaeol. journ.* 3, 1846 p. 367); A. Way *catalogue* p. 7; Bruce wall p. 307, lapid. p. 11, 2 (Wright *the Celt* p. 175).

1 om. Green Brand, VIVV Bruce. 2 PVM CVMBA Green, GYRVM CVMBAS Brand, TYPVM CVM BA Gough, CIPPVM CVM BASI Pegge (Archaeol., CYPVM C. R. Smith et Th. Wright), L- YPVM CVMBAS Bruce. Mihi L satis certa visa est.

Vv. 1 et 2 lectio incerta est. Nec gyrum, cumbas Brandii, nec cypum cum basi Ioh. Hodgsonis, nec McCauli (*Britanno-Roman Inscriptions* p. 144) scypum cum basi ferri possunt, propterea quod elementum primum tantum esse potest aut L aut E, aut fortasse etiam T vel I. Per se typus tolerari posset, cf. Lampridius v. Elagab. c. 3 et 7 *Matris typus*, itaque et ipse conieci in re praesenti dei invicti Mithrae aut *Matris Magnae typum*, quod iam propositum esse a Thoma Hodgson ego tum ignorabam. Sed cum L magis etiam commendari visa sit, quam I, nullum invenio supplementum praeter [Iovis s]ignu[m] anaglyphum. Verum quidem est, basim statuam magis requirere quam anaglyphum (unde etiam Mommseno coniectura mea prior de typo placuit); sed etiam anaglypha in basi collocari potuisse et collocata esse probari potest. V. 4 C. Iu[lius] Maximinus miles aut fortasse centurio (si v. 6 in fine excidit γ, quod non credo) legionis VI Brandio aliisque post eum visus est imperator C. Iulius Verus Maximinus esse, qui diu sub Antonino Caracallo ordines duxit, centuriatus et ceteras militares dignitates saepe tractavit (Capitolinus v. Maxim. duor. cap. 4). Quod nec refelli potest nec probari, quam Veri cognomen abest; litterae visae sunt saeculi secundi exeuntis esse.